

SCIAGRAPHIA,

SIVE

PRIMA DELINEATIO

ET

BREVIS NOTITIA

MAGNI CORPORIS
HISTORICI,

Haftenus INEDITI, brevi tamen, DEO
volente EDENDI, in varia *Syntagmata*, diversosque
Tomos ratione diversitatis materiae,

nempe

HISTORIARUM ET ANTIQUITATUM SACRA-
RUM, SIVE, ECCLESIASTICARUM, GERMANICARUM, AU-
STRIACARUM, HISPANICARUM, HUNGARICARUM, BO-
HEMICARUM, POLONICARUM, SINENSIVM, MEXICANA-
RUM, MONETARIARUM SIVE NUMISMATUM VETE-
RUM,

concinnè divisi,

Quod ex inæstimabilis Thesauri *Augustissimæ Biblio-
thecæ Cæsareæ Vindobonensis* antiquissimis rarissimisque Autographis
Codicibus Manuscriptis nunc primùm erutum, accuratè digestum
collectumque, summâ fide & diligentia descriptum, se publicis u-
sibus benevolè communicaturum, pollicetur

DANIEL DE NESSEL, J. C. Sac. Cæs. Maj. Confilia-
rius & Bibliothecarius Aulicus.

CUM SPECIALI ET PERPETUO PRIVILEGIO CÆSAREO.

VINDOBONÆ,

TYPIS JOANNIS JACOBI MANN, A. C. M. DC. XCII.



SCIA GRAPHA


PRIMA DELINEATIO

BREVIS NOTITIA

MAGNI CORPORIS
HISTORICI

Hactenus inediti, brevi tamen, DEO
volente FIDELI, in variis partibus, diversisque
locis, ratione divinitus illustrati.

HISTORIAM ET ANTIQVITATVM SACRA-
RVM, qvæ ECCLESIAE
STRASVENSIS, HEMICARVM,
RIM, MONASTII



Quod ex antiquioribus scripturis & monumentis
hujusmodi, quæ hactenus inedita fuerunt, &
quædam inedita, hactenus inedita, hactenus
inedita, hactenus inedita, hactenus inedita.

DANIEL DE WESSER, J. C. Sac. Cæsar. & Confess.
in Sax. Electoratus, & in
CVM RECTOR ET PASTOR ECCLESIAE S. JOHANNIS

WIMBOLDI
THE JOHANNES JACOBUS



EXCELLENTISSIMO
ET ILLUSTRISSIMO DO-
MINO,
DOMINO
THEODORO
ALTHETO HENRICO,
SAC. ROM. IMP. COMITI
^A
STRATTMAN,
DOMINO IN POYRBACH,
PRUCKH AD ASCHA ET
ORTH, &c.
SAC. CÆS. MAJ. ACTUALI
CONSILIARIO INTIMO,
NEC NON
SUPREMO AULÆ IMPERIALIS CAN-
CELLARIO SPLENDIDISSIMO,
DOMINO
ET MÆCENATI MEO
CLEMENTISSIMO.



SCIAGRAPHIAM hanc, five
primam Delineationem MA-
GNI CORPORIS HI-
STORICI, haetenus INEDITI,
breui tamen, DEO volente, EDEN-
DI, exiguum quidem Chartaceum
munusculum, sed magnum devotio-
nis & reverentiae suae pignus submis-
sissimo obsequio dicat consecratque,
seque ac conatus suos VESTRAE
ILLUSTRISSIMAE EXCEL-
LENTIAE devotissime commen-
dat

AUTOR.



ERUDITO ET BENEVOLO
LECTORI
SALUTEM.

Novendecim annorum perio-
dus elapsa est, ex quô Cl. Dominus
Lambecius, meus in Præfecturâ Bi-
bliothecariâ Antecessor, in *Catalogo*
Librorum à se editorum & deinceps edendorum,
pag. 45. orbi literario promisit, se *Syntagma re-*
rum Germanicarum variósque Autores & Acta
Publica, ex Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ
Vindobonensi in lucem editurum, cum *Anno-*
tationibus necessarijs, *Chronologiâ* accuratâ, &
amplissimis *indicibus* Viennæ typis Cosmerovia-
nis A. C. 1673. Qui certè utilissimus labor
communi Eruditorum acclamatione & suffragio
exceptus, summóque desiderio ejus usura expe-
tita fuit. Quandoquidem autem amplum &
diffusum Opus ob magnitudinem suam, &

X 3

multi-

multiplicis argumenti varietatem non adeò præ-
 properè poterat accelerari, accessit insuper fata-
 lis necessitas, quæ post septennium mortalitati
 eum exemit, promissósque hosce conatûs non
 intervertit tantùm, verùm prorsus in ipsis pri-
 mordijs suffocavit. Ego postea Muséum ejus
 & loculamenta anxîâ curiositate excutiens, ex-
 pressi mandati CÆSAREI autoritate munitus,
 feridò indagavi ac edoceri allaboravi, quoúsque
 in *Syntagmate Rerum Germanicarum* elaboran-
 dō Lambeciana industria olim processisset, &
 quid prælo maturum nobis reliquisset; Sed post
 absolutam inquisitionis diligentiam magnâ spe
 excidi, quippe præter frontispicium sive nudum
 titulum operis impressum, duos tantùm Auto-
 res ex autographis Manuscriptis Cæsareis ab A-
 manuense descriptos reperi, minutissimam
 certè portionem tam vasti & diffusi meditati
 Syntagmatis. Non defuerunt nihilominùs mul-
 ti Illustres & celeberrimi Viri, qui iteratis huma-
 nissimis literis me publicò nomine interrogâ-
 runt, numne deinceps *Syntagmatis* illius *Rerum*
Germanicarum publicè exponendi luci insuper
 spes aliqua superesset, quin imò me instanter ro-
 garunt, ut Lambecianam fidem liberarem, nec
 tam utilissimum *Germanicæ Historiæ ineditæ in-*
cogni-

cognitæque Supplementum publicis usibus invidere-
 rem. Ego proinde tot invitamentis allectus,
 proprioque ac innato desiderio Rempubl. litera-
 riam, pro meo modulo, promovendi, præcipue
 autem ex incomparabili Augustissimæ Biblio-
 thecæ Thesauro abundantissimos Historiæ ac po-
 litioris literaturæ rivulos in alienas segetes, deri-
 vandi, induxi animum, rem bonis avibus aggre-
 di, & non sine maximis laboribus & exantlatis
 lucubrationibus, non ea tantum quæ Illustris
 Dominus *Lambecius* edenda promiserat, sed plu-
 ra alia & potiora documenta & monumenta Hi-
 storica inedita collecta, uni Magno Corpori in-
 cludere, & ratione diversitatis argumenti in spe-
 cialia *Volumina* dispertiri, quorum *Sciagraphiam*
 & specialem Recensionem uno quasi intuitu hîc
 vides. Continebit igitur hoc Opus meros *scri-
 ptores ineditos, Acta publica, Monumenta Litera-
 ria, Diplomata, Rescripta, Epistolas, Decreta,
 Antiquitates, & Res Memorabiles*, speciatim *Ec-
 clesiasticas, Germanicas, Austriacas, Hispanicas,
 Hungaricas, Bobemicas, Polonicas, Chineses, Me-
 xicanas, Monetarias*, & totum hoc Systema, in
 meo Muséo sollicitâ custodia asservatum, ita
 concinnè jam à me dispositum, digestum, ac im-
 pressionem typographicæ præparatum est, ut non
 tan-



tantum primâ die, verum etiam, si aliquid humanitûs mihi contingeret, deinceps prælo haud difficulter submitti possit; Sed sine meis Notis aut Observationibus, quas si elaborando annectere vellem, alterutrum eveniret, nempe ut inanibus promissis Lectorem lactarem, aut mihi Triflisenis ætatem vanè pollicerer. Cum verò tot volumina non exiguum sumptuum impressoriorum Summam requirant, in id sedulò incumbam, ut Magnates & Patronos inveniam, qui suâ Munificentia conatûs meos promoveant. De reliquo benè vale, **LECTOR**, & laboribus meis fave.

Recen-

I

Recensio specialis Autorum haec tenus
Ineditorum ad SYNTAGMA Historiae Ecclesia-
sticae, sive *Sacrae* pertinentium.

ANGELOMI, *Monachi Lexoviensis*, Ordinis S. Bene-
dicti, qui floruit sub Imperatore Ludovico & Lotha-
rio ejus filio, circa A. C. 830. *Explicatio* in GENE-
SIN. Cujus titulus & principium: Incipit Prologus
Angelomi Levitæ ad *Leodricum* Sacerdotem super Genesin. *Exi-*
mio Patri, moribus virtutum fulcito, sapientiaque nitore ornato
Leodrico Sacerdoti Angelomus humilis Levita. &c.

ANONYMI Diploma de Monasterij *Gemblacensis* in Bra-
bantiâ siti Privilegij, à Papa BENEDICTO VII. A. C. 983. pro-
mulgatum, cujus principium: BENEDICTUS *Episcopus*, ser-
vus servorum DEI Religioso Abbati venerabilis Monasterij Sancti
Salvatoris Domini nostri JESU Christi ac S. Petri, noviter ibi con-
stituti, suisque successoribus imperpetuum. &c.

ANONYMI Narratio de Elevatione Corporis S. GUIBERTI
sive WIBERTI, Fundatoris Cœnobij *Gemblacensis* in *Brabantiâ*,
cujus principium tale:

Compendiosa Relatio Elevationis Corporis S. GUIBERTI
Confessoris.

Igitur S. GUIBERTUS quadraginta ferè annorum spatio in
honorum operum consummatum exercitio apud *Gorziam* suæ con-
versionis Cœnobium vitâ defunctus, in *GEMMELAUS*, suæ primæ
conversationis loco sepulturâ est affectus: ubi ab anno *Dominicae In-*
carnationis nongentesimo sexagesimo secundo (eo quippe hominem
A exuit)

exuit) per annos centum triginta tacito nomine jacuit, vix paucis fidelibus per chartas veteres recordantibus umbram ejus sanctitatis. Anno autem Dominicae Incarnationis millesimo nonagesimo nono refulsit nominis ejus memoria, novâ signorum gratiâ illum magnificante DEI munificentia. &c.

GUIBERTI, Gemblacensis & Florinensis Abbatis, Autoris Coetanei & præsentis, Narratio combustionis Monasterij Gemblacensis, quæ A. C. 1137. accidit, cujus principum: Destructio vel potius Combustio Monasterij Gemblacensis, quæ facta est, anno millesimo CXXXVII. à primâ sui combustione anno tricesimo. Quam quidem miserandam destructionem GUIBERTUS, post ejusdem Monasterij factus Abbas, ac etiam Monasterij Florinensis, Vir sanè omnium judicio sanctissimus, his deplorat verbis: &c.

Vita S. MORANDI, Confessoris Monachique Cluniacensis, ab ANONYMO quodam, ferè coetaneo Autore composita, & in Lectiones sex divisa; quæ quidem ab Andreâ Quercetano in Bibliothecâ Cluniacensi jam pridem edita est, sed secundum Exemplar Manuscriptum Cæsareum Historicum C. non solum mutilum, verum etiam maximâ ex parte immutatum ac depravatum. Quamobrem operæ pretium me facturum arbitror, si eam integram publicavero, quemadmodum in præstantissimo Codice Manuscripto Cæsareo Historico C. à me reperta est.

PROLOGUS IN VITAM BEATI MORANDI
CONFESSORIS.

Sanctorum Patrum præcedentium dicta vel gesta literis tradere, & succedentium memorijs commendare, utilissimum est, maxime cum in ipsis, velut in quibusdam florum hortulis, diversarum virtutum condimenta carpere liceat, ex quibus homo, quamvis corruptibilis & caducus, vigore quodam divino efficiatur immortalis & impollutus.

Vita Imperatoris CAROLI Magni, ab ANONYMO quodam Autore sub Imperatore Friderico I. cognomine *Ænobarbo* sive *Bar-*

ve *Barbarossâ* circa A. C. MCLXV. conscripta, & hætenus nondum in lucem edita, & in *tres libros* divisa, unâ cum annexis *Capitum* cujusque Libri Lemmatibus sive Titulis, & *Conclusionem* totius Historiæ. *Præfatio* primi Libri ita incipit:

DE SANCTITATE MERITORUM ET GLORIA MIRACULORUM BEATI CAROLI MAGNI AD HONOREM ET LAUDEM NOMINIS
DEI.

Etsi passim & variè odoris pigmentarij veneranda orthodoxi *Karoli Magni* celebretur memoria, ejusque sparsim per diversa terrarum spatia mirificè & magnificè scripta vulgentur, placuit tamen de tanto horto deliciarum, in quo consita sunt tot genera florum, carptim & breviter quædam odoramenta virtutum diligere, quæ sitibundis animis Christi fidelium in odorem suaviter valeamus exhibere. &c.

ANONYMI Antiquum CALENDARIUM Ecclesiasticum, sub Imperatore *Carolo Magno* & *Ludovico Pio* compositum, multifariâ illorum temporum Notitiâ, magnâque *Veterum Germanicorum Nominorum* propriorum copiâ refertum. Quod sequenti modo incipit:

MENSIS JANUARIUS HAB. DIES XXXI. LUN. XXX.

ANONYMI Vita S. FIRMINI, *Episcopi & Confessoris*, cujus Festum celebratur *Ucetia* in *Galliâ Narbonensi* d. XI. Octobris. Divisa autem ea est in *novem* Lektionen, & quoniam non existat apud *Surium*, integram eam publicabo, exceptâ duntaxat *Lectio*ne septimâ, quæ deest. Principium ejus tale est:

De Sancto FIRMINO

in Libris secundum usum *Narbonensem*.

Lectio prima:

Regnante in perpetuum Domino nostro *Jesu Christo*, cum constantissimè fides floreret *Christianorum*, *FIRMINUS*, parentibus adhuc gentilitatis errori vacantibus, audiens *Christianos* Do-

4 SCIAGRAPHIA MAGNI CORPORIS HISTORICI

minum Christum fateri, seque de paganis superstitionis insidijs desiderans liberare, Evangelica quidem secutus precepta, quae dicunt: Nisi quis reliquerit patrem aut matrem & cetera, non potest esse meus discipulus; patriam parentesque relinquens, rebus interdum proprijs pauperibus traditis, Christum Dominum sequi jugiter concupivit. &c.

ANONYMI *Officium Ecclesiasticum*, quod in honorem & memoriam S. *Caroli Magni* peculiariter compositum est anno MCLXV. quo is cura & studio *Imperatoris Friderici I.* cognomine *Aenobarbi* sive *Barbarossae*, qui corpus ipsius, divinâ revelatione manifestatum, *Aquisgrani* solenniter elevavit, ab *Antipapa Guidone Cremensi* sive *Paschale III.* in numerum *Sanctorum* relatus est. Quam canonizationem *Papa Alexander III.* postquam anno MCLXXVII. cum jam memorato *Imp. Friderico* redijt in gratiam, approbavit & confirmavit. &c.

ANONYMI *Concordata de Beneficijs Ecclesiasticis Germaniae* inter *Papam Nicolaum V.* & *Imperatorem Fridericum V. A.* C. 1448.

ANONYMI *Vita S. REMIGII Archiepiscopi ROTOMAGENSIS*, qui filius fuit *Caroli Martelli*, & frater *Pipini* Regis *Franciae*, descripta ex *Cœnobio S. Audoëni* in *Urbe Rotomagensi*, ubi Festum ejus celebratur die 13. *Januarij* in octavâ *Epiphaniae*. Quandoquidem autem hujus *S. Remigij* nec in *Martyrologio Romano*, nec in *Philippi Ferrarj* *Catalogo generali Sanctorum*, qui in *Martyrologio Romano* non sunt, nec in *Laurentij Suri* probatis *Sanctorum Historijs*, nec in *R. R. PP. Joannis Bollandi & Godefridi Henschenij Actis Sanctorum mensis Januarij*, ulla prorsus fit mentio, operæ pretium me facturum arbitror, si suprâ memoratam ipsius *Vitam* deinceps publicavero. Cujus initium tale est:

Prologus in Vitam S. REMIGII Archiepiscopi ROTOMAGENSIS.

SI plerique mortalium *Scriptores rerum, humanae laudis avidi,*
ob sui nominis titulum vel memoriam plura pro sua artis copiâ
radi-

MANUSCRIPTI CÆSAREI INEDITI.

radiante stylo edidere, multò magis æternæ salutis gratiâ id nostræ parvitati convenit scribere, quod sanctæ Ecclesiæ filijs oportunum maneat ac salutare. &c.

ANONYMI, sed vetusti Autoris, *Relatio quædam Historica*, hoc titulo concepta:

Relatio, quomodo Carolus Magnus à Constantinopoli Aquasgrani attulerit clavum & coronam Domini, & qualiter hæc eadem Carolus Calvus retulerit in Ecclesiam S. Dionysij Areopagitæ, ac de institutione Indiæti, utque corpus ejusdem Caroli in præfatam Ecclesiam translatum est. &c.

BONIZONIS, *Episcopi primùm quidem Sutrini, postea autem Placentini, qui A. C. 1089. ob defensionem S. Sedis Apostolicæ & Libertatis Ecclesiasticæ à Placentinis Schismaticis, effossis oculis & omnibus ferè membris detruncatis, crudelissimè occisus est, hæc inedita Epitome omnium Operum & Sententiarum S. Augustini, PARADISUS AUGUSTINIANUS* inscripta, & in *Libros octo* divisa, cujus *Epistola dedicatoria* incipit hoc modo:

BONIZO *in familiâ Dei minimus JOHANNI Reverendissimo Abbati salutem:*

Dominicâ voce reus arguitur, qui talentum sibi creditum maluit humo tegere, quàm nummularijs ad mensam commodare. &c.

EJUSDEM DECRETALE, sive *Syntagma DECRETORUM ECCLESIASTICORUM*, ex *Sacrâ Scripturâ probatisque Concilijs*, ut & ex *Pontificum Romanorum & Sanctorum Patrum*, aliorumque *orthodoxorum Autorum* monumentis collectum, & secundùm *Locos communes* in SEPTEM LIBROS divisum: cui *Proæmij* loco præfixa est *Epitome Historiæ Pontificum Romanorum à S. Petro Apostolorum Principe usque ad Papam Urbanum II. qui die duodecimo Martijanni 1088. electus est.* Titulus jam memoratæ Epitomes hic est: *CHRONICA ROMANORUM PONTIFICUM EDITA A BONITHONE SUTRINO E-*

6 SCIAGRAPHIA MAGNI CORPORIS HISTORICI
PISCOPO, VIRO PER OMNIA DOCTISSIMO. Principium autem ejusdem hoc est: *Scripturus de EXCELLEN-
TIA ROMANÆ ECCLESIAE, & de PRIVILEGIIS ad e-
jusdem Ecclesiae Episcopum pertinentibus, & de CONSTITUTI-
ONIBUS ejusdem, solertem rogo Lectorem, ne citissimè in meam
prorumpat sigillationem, dum viderit me in tam profuso Opere suc-
cinctum, pauca dixisse de magnis. &c.*

Originali lettere del Gloriosissimo S. CAROLO BORRO-
MEO. Arcivescovo di Milano, Cardinale di S. Romana Chie-
sa del Titolo di S. Prassede, con la sottoscrizione della propriâ
suâ mano.

S. GREGORII *Magni Benedictionale* sive Syntagma so-
lennium sacrarum Benedictionum, in Sanctâ Ecclesiâ Catholicâ
ante mille & sexaginta annos usitatarum; quod quoniam
tâm in Antverpiensi, quàm Romanâ Operum S. Gregorij Ma-
gni editione desideratur, operæ pretium me facturum arbitror, si
integrum illud aliquando publicavero, ne tâm rarum & fructuo-
sum primitivæ Ecclesiæ Christianæ monumentum diutiùs late-
at. Initium hujus Benedictionalis tale est:

S. GREGORII PAPÆ ROMANI BENDICTIONALE,
BENEDICTIO IN VIGILIA NATALIS
DOMINI.

Omnipotens DEUS, qui Incarnatione Unigeniti sui mundi tene-
bras effugavit, & ejus gloriosâ Nativitate hanc sacratissi-
mam noctem irradiavit, effuget à vobis tenebras vitiorum, & irra-
diet corda vestra luce virtutum. Amen. &c.

HERMANNI, Abbatis *Altaichij Inferioris*, vetustissimi
& celeberrimi in *Bavariâ Inferiore* ad *Danubium* siti Monasterij
Benedictini, *Chronicon Altaichense*, maximam partem ex meris
Diplomatibus coætaneis coagmentatum: Quod *Joannes Aven-
tinus* in Prolegomenis Libri tertij *Annalium Bojorum* laudat in-
ter *Monumenta domestica*, quorum beneficio ipse multùm ad-
jutus

jutus est; *Christophorus* autem *Gewoldus* in Epistolâ dedicatoriâ, *Chronico Monasterij Reicherspergensis* præfixâ, valdè deplorat tanquam deperditum, & quo omnis deinceps posteritas careat. At enimverò ipsum præstantissimi hujus *Chronici* autographum Exemplar membranaceum exstat etiam nunc in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ*, & est ibi inter *Codices* manuscriptos *Historicos Latinos octingentesimus septuagesimus septimus*. Inscribitur atque incipit ibi illud *Chronicon* hoc modo: *Subscripta de Institutione Monasterij Altabensis HERMANNUS Abbas ex Vitâ S. Godehardi, Chronicis ac Privilegijs Ecclesiæ compilavit. Monasterium Altabense ex consilio S. Pirminij, Metensis Episcopi, ab Utilone Duce in honore S. Mauricij sub monachicâ professione construitur anno ab incarnatione Domini D. CC. XL. primo, Pontificatûs Domini Zachariæ Papæ anno sexto; ultimo autem anno Leonis Imperatoris, qui in Chronicis ob sui malitiam Impius appellatur; Karolo primo Majore Domûs in Regno Francorum existente; cujus filium Pippinum. &c.*

JOANNIS Griesherren *Historia*, seu, ut ipse inscripsit, *Congestum*, *Virorum illustrium Ordinis S. Benedicti*, hætenûs, quod sciam, inedita, cujus *Præfatio* incipit his verbis: *Inter hujus calamitosæ letalis vitæ erroris nebulas, atque miseriarum animæ corporisque (heu) mille angores, &c.* Capitis autem primi titulus est hic: *De Ordinibus varijs ante & post, ac præter S. BENEDICTI Ordinem*. In fine demùm totius *Operis* indicat ipse *Autor* conditionem & ætatem suam his verbis: *Explicit congestum Virorum Illustrium Ordinis Sanctissimi Patris nostri BENEDICTI per Fratrem JOANNEM GRIESHERREN, Presbyterum & Conventualem Monasterij Sanctorum Udalrici & Afræ in Augustâ Vindelicorum ac Metropoli Suevorum, sub Venerabili Abbate Domino JOANNE SCHROT, anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo, in vigiliâ Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum. &c.*

Omnes Epistolæ S. PAULI Apostoli MARIANI Scoti, Monachi

nachi Fuldenfis, celeberrimique Chronographi, propriâ manu anno Christi 1079. exarata, & ab eodem *Annotationibus marginalibus & interlinearibus*, hætenus quidem *nondum editis*, editu tamen dignissimis, illustrata; in quarum fine hæc ipsius legitur subscriptio: *Explicit Epistola ad Hebræos, habens versus DCCC.*

In honore Individuæ Trinitatis Marianus Scottus scripsit hunc librum suis fratribus peregrinis. Anima ejus requiescat in pace, propter Deum devotè dicite, Amen. XVI.

Kal. Junij, hodiè feriâ VI. anno Domini M LXXVIII.

HENRICI Thuringi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, *Appendix Historica ad Libros suos octo de Vitâ, morte, & miraculis S. ELISABETHÆ, Andree Hungarorum Regis Filix, & Ludovici Pij, Thuringiæ & Hassiæ Landgravij quinti, Uxoris, in sex Capita divisa, quæ in Codicibus Manuscriptis, quibus olim Henricus Camisius Tomo quinto Antiquæ Lectiõnis usus fuit, defuit.*

Psalterium DAVIDIS membranaceum latinè, in quarto, ut vocant majori, cum OTFRIDI, Monachi Wizanburgensis sive Weissenburgensis Ordinis S. Benedicti, antiquâ Theotiscâ Paraphrasi prosaicâ, singulis cujusque Psalmi latinis versiculis subjunctâ, quæ quidem hætenus nondum in lucem prodijt, dignissima tamen profectò est cum propter antiquam Theotiscam sive Francicam Linguam, Imp. Caroli Magni ævo usitatam, tum verò etiam ob ipsius argumenti & reconditæ doctrinæ præstantiam, ne diutius in tenebris latitet, sed beneficio typographiæ quamprimùm publicetur. Scriptus autem est sine dubio hic Codex, Manuscriptus Theologicus, ut ex scripturâ & alijs varijs certissimis indicijs apparet, ipso Otsfridi ævo; nempe Seculi post Christum novi posteriori parte dimidiâ quo eodem tempore idem Otsfridus Volumen Evangeliorum, antiquis rhythmis Theotiscis compositum, & in quinque Libros divisum, Ludovico, Imp. Ludovici Pij filio, Franciæ Orientalis Regi, ut & Liutberto Archiepiscopo Moguntino, atque Salomoni, primo ejus nominis Episcopo Constantiensi, dedicavit. In

prin-

principio pervetusti hujus Codicis Theotisci extant duo folia, quibus continentur *Fragmenta duo*, alterum de amore erga Deum & proximum, alterum verò de viduarum speciali protectione divinâ: Primum fragmentum incipit his verbis: *Mina liebistun Brudera nu fernemet dei Gotes Kebot. Ir sculit z allereriste Got minnon uone allemo iuuueremo Herzen, uone allemo iuuueremo muote, uone allera iuuuera Chrefte: dara nah iuuueren Nabisten samo so iuuuib selben. &c.*

PHILIPPI, Eystetensis Episcopi, vita, mores, obitus & insignia S. WALPURGIS, S. RICHARDI, Regis Angliæ, Filiæ. Principium ejus tale est:

PROLOGUS IN VITAM S. WALPURGIS VIRGINIS.

Excellentissima Domina sua Hungarorum Regina, nec non felicis recordationis Domini ALBERTI, quondam Regis Romanorum filia, frater Philippus Miseratione divinâ Eustetensis Episcopus quicquid potest obsequij, reverentiæ & honoris, & si quid valeant orationes peccatoris. &c.

SYMBOLA SYNODICA ad R. P. Philippi Labbe, S. I. Historicam Synopsin omnium Conciliorum pertinentia, à me tumultuariâ industriâ collecta & observata.

THEODORICI Thuringi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Libri octo de Vita & morte ac miraculis S. ELIZABETH, Andrea Regis Hungarorum filia, & Ludovici Pij, Thuringiæ & Hassiæ Landgravij quinti, uxoris, quorum Prologus sive Præfatio incipit hoc modo: *Cùm de vita, & moribus, & morte miraculisque beatæ ELIZABETH perscrutari cœpissem, oblata sunt mihi quædam scripta de prædictis, videlicet Libellus DE DICTIS QUATUOR ANCILLARUM EJUS confectus; Litera quoque Magistri CONRADI DE MARTBURG, quam de vita, & morte, & miraculis ejus Domino Gregorio Papæ Nonno scripsit; in quibus pura quidem & simplex fideique consona veritas continetur: Verùm tamen fateor, in his non esse affectui meo satisfactum. &c.*

B

Edidit

Edidit hoc Opus primus omnium in lucem *Henricus Canisius Tomo quinto Antiquæ Lætionis*; Sed operæ pretium fuerit, si editio ista cum Codice Manuscripto Cæsareo *Historico D LXV.* accuratè conferatur. Est enim is in fine aliquanto *auctior*, continetque *Appendicem in sex Capita* divisam, quæ in Codicibus Manuscriptis, quibus *Canisius* usus est defuit, ideòque supplendi istius defectûs causâ integrè à me publicabitur. Initium ejus tale est.

Incipit SERMO ANGELI, quo instruxit Beatam ELIZABETH de statu perfectionis.

Apparuit Sanctæ Elizabeth Angelus Domini, sic eam allocutus instruxit, dicens: Omnes, qui hujus Mundi renuciastis concupiscentijs, ejusque, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum. &c.

UDALRICI BABENBERGENSIS Codex Epistolaris, continens variorum Pontificum & Imperatorum Romanorum, ut & S. R. E. Cardinalium, & S. R. I. Ecclesiasticorum Seculariumque Principum Epistolas A. C. 1125. ab ipso collectas, & in unum Volumen membranaceum redactas. Initium ita se habet:

Gemma Sacerdotum, qui sese dat tibi totum, Pauper Udalricus hoc parvum dat tibi munus. &c.

CONCILII WORMATIENSIS A. C. 868. habiti, Professio Fidei contra errores Græcorum. Principium illius hoc est:

HÆC EST PROFESSIO FIDEI EPISCOPORUM APUD WORMATIENSEM CIVITATEM XVII. KAL. JUN. IN SYNODALI CONVENTU CONSISTENTIUM, QUORUM NOMINA SUNT: Adalvinus Archiepiscopus. &c.

Recen-

Recensio specialis Autorum hætenùs *Ineditorum*
ad SYNTAGMA Historiæ *Germanica* pertinentium.

ÆNEÆ SYLVII, five Pii II. Papæ *Tractatus de potestate Cæ-*
sareâ. Initium ejus tale est:

Incipit Tractatus de potestate Cæsareâ, editus per præclarum Virum
Dominum Æneam Sylvium de Piccolomineis de Senis, Poëtam Lau-
reatum, ac Serenissimi & invictissimi Principis Friderici, Romano-
rum Imperatoris Secretarium, postmodumque Summum Pontificem
effectum, PIUMQUE secundum nuncupatum. &c.

ANONYMI cujusdam antiqui Autoris, qui se A. C. 1112.
Brunonis, Archiepiscopi Trevirensis, memorabili cuidam facto
in opprimendâ *Berengarianorum* hæresi interfuisse refert,
CHRONICON TREVIRENSE, ab ipsâ Urbe conditâ usque
ad A. C. 1146. quo grave & diuturnum bellum inter *Adelbero-*
nem, Archiepiscopum Trevirensis, & *Henricum*, Comitem Na-
murcensem extinctum est. Principium ejus tale est:

Anno ante Urbem Romam conditam millesimo ducentesimo Ninus
Rex Assyriorum primus, ut Historici voluit, propagandæ dominatio-
nis libidine, arma foris extulit, cruentâque vitam quinquaginta
annis per totam Asiam bellis egit; &c.

ANONYMI cujusdam Autoris natione *Itali*, qui se scriptu-
râ abbreviatâ *B. de A.* nuncupat, *Tractatus*, hætenùs, quod sciam,
ineditus, de *Expeditione Imperatoriâ in Italiam rectè instituendâ &*
feliciter conficiendâ A. C. 1376. compositus, quo *Imper. Carolo IV.*
suadet, ut post filij sui *Wenceslai* in *Regem Romanorum electionem*
& *coronationem*, suscipiat *expeditionem in Italiam* ad sedandas in-
testinas ejus discordias & reprimendam præcipuè eorum insolentiam,
qui in *Hetruria* non solum *S. Romani Imperij*, verùm etiam
Summi Pontificis, ditiones violenter invaserant, simul etiam in-

dicat *modum*, quo ea res benè sit inchoanda, & prosperè queat perfici. Ipsa verba, quibus *Titulus* hujus libri ibi conceptus est, sunt hæc:

Incipit Tractatus de habilitate temporis ad Processum versus Italiam tum propter electionem Imperatoris Romanorum, tum propter discordias Italarum; & primò Deprecatio & hortatus ad movendum pectus Cesareum, sine retardatione debere ingredi Italiam ad paciscendum dissidia, & ad confutandum rebelles.

Incipit deinde *Præfatio* hoc modo:

Inviçtissimo Principi, Domino Domino KAROLO QUARTO, Romanorum Imperatori semper Augusto & Boemiæ Regi, gratioso Domino suo, B. de A. humilis servitor Majestatis Cesareæ, Imperialis Honoris affectum cum devotissimo famulatu. &c.

ANONYMI cujusdam Monachi CHRONICON THURINGIÆ, usque ad A. C. 1310. deductum. Initium ejus tale est:

De ortu Thuringorum: Nemrod primus Rex hujus mundi, in Babylone genuit octo filios, quorum primus vocatus est Cres, à quo Creta Insula nomen accepit. &c.

ANONYMI cujusdam Presbyteri Bremensis Continuatio Chronici Sclavorum HERMOLDI, Canonici Butzoviensis, in territorio Lubecensis Vico, ab A. C. 1164. usque ad A. C. 1448. Principum ejus tale est:

In principio creavit Deus cælum & terram: In Cælo spirituales Angelos cives; in terrâ, terrenos peregrinos, in cælum transferendos, hominem ad imaginem & similitudinem suam, rectum & intelligentem &c.

ANONYMI cujusdam coætanei Autoris Germanica descriptio Exequiarum Imp. FRIDERICI V.

CEREMONIALE antiquum Coronationis & Consecrationis Imperatoris Romanorum Aquisgrani, ab ANONYMO collectum, quod incipit his verbis:

Ad

Ad consecrandum seu coronandum Regem Alemannia hoc modo procedatur. Primò in Ecclesiâ Aquensi sit indutus plenis Pontificatibus Dominus Archiepiscopus Coloniensis, ex jure Regni debitus Consecrator; &c.

COLUMBANI de PONTREMULO ad Nicolaum de Pontremulo, Ducis Mediolanensis Secretarium, & apud Papam NICOLAUM V. Oratorem, *Descriptio Coronationis Imp. FRIDERICI V. A. C. 1452. Unâ cum Oratiunculâ, quam LADISLAUS, Imp. ALBERTI II. filius, Hungariæ & Bohemiæ Rex, eodem tempore ad Papam NICOLAUM V. Romæ habuit.*

EGINHARDI, Imp. Caroli Magni Cancellarij, *Breviarium Chronologicum ab Orbe Condito usque ad A. C. 809. Cujus principium tale est:*

ABBREVIATIO CHRONICÆ.

Adam, cum esset centum triginta annorum, genuit Seth; Seth autem habens annos CV. genuit Enos, vivente Adam & habente annos CCXXV. Enos quippe habens annos XC. genuit Cainan, vivente Adam & habente annos CCCXXV. Cainan verò habens annos LXX. genuit Malalehel, vivente Adam & habente annos CCCXCV. Malalehel habens annos LXV. genuit Jareth vivente Adam & habente annos CCCCLX. &c.

ELISABETHÆ, Ungariæ Bohemiæ & Poloniæ Reginae, *Institutio Regij Pueri: cujus principium tale:*

HELISABETHA, POLONIÆ REGINA, WLADISLAO, PANNONIÆ BOHEMIÆQUE REGI, FILIO CARISS.

S. P. D.

Audio Fili carissime, quod fortunatum, felix, faustumque sit, ANAM uxorem tuam tibi propediem parvum Casimirum parituram esse; &c.

ERMOLDI NIGELLI *Exulis Poëma elegiacum de rebus gestis Imp. Ludovici Pij in quatuor divisum libros, quos ille, ut exilij sui impetraret remissionem, in jam memorati Imperatoris ho-*

B 3.

norem

norem composuit. Scriptura Codicis perantiqua est, & cæteris temporum Imp. Caroli Magni ac Ludovici Pij manuscriptis Codicibus simillima, ideóque affirmare ausim, hunc vel illum ipsum esse authenticum Codicem, qui Imp. Ludovico Pio oblatuſ est, vel saltem eodem ævo ex illo esse descriptum. Fuit is olim, priusquam in *Augustissimam Bibliothecam Cesaream* translatus est, V. CL. *Wolfgangi Lazij*, ut apparet non solùm ex propriâ ipsius manu, quæ nonnullis locis in margine cernitur, verùm etiam ex testimonio *Joannis Jacobi Frisij*, quod in Bibliothecâ *Gesnerianâ*, ab illo auctiùs editâ, extat his verbis: *Ermoldi Nigelli Exculis ad Ludovicum primum Imperatorem de rebus ab eo gestis libri quatuor, elegiaco carmine conscripti, extant Wiennæ Austriae apud Wolfgangum Lazium.*

Quemadmodum verò antiqui Poetæ ethnici à *Deorum Deorumve* suarum invocatione ordiri consueverant, ita Ermoldus iste ab invocatione *Christi* incipit hisce versibus hexametris.

*Editor æthereâ splendes qui Patris in arce,
Regnator Mundi, Fautorque Redemptor & Auctor,
Militibus dignis referas qui Regna polorum, &c.*

HAMBURGENSIA & BREMENSIA, sive varia Antiqua Diplomata, Epistolæ, documenta & instrumenta literaria, à summis Pontificibus, Imperatoribus, Episcopis, &c. olim emanata, & ad Historiam Sacram & Prophanam *Hamburgensem & Bremensem* pertinentia. Primi Rescripti Imperialis initium tale est:

In nomine Sanctæ & individuae Trinitatis. HEINRICUS, divina favente clementiâ Rex. Noverint omnes fideles nostri, tum etiam præsentis, quàm etiam & futuri, qualiter nos rogatu Unnonis, Hamburgensis Ecclesiæ Venerabilis Archiepiscopi, quandam commutationem inter se, & quendam Nobilem Virum nomine Willarium, fieri permisimus. &c.

HERMANNI Contracti, ex Veringensi Comite, Monachi *Augiæ Majoris*, qui A. C. 1054. obiit, CHRONICON, cum diversis

verforum ANONYMORUM ineditâ continuatione, usque ad A. C. 1347. Ejus principium tale est:

JESUS Christus, Dominus noster, in Bethlehem Judæ nascitur quadragesimo secundo anno Octaviani Augusti Cæsaris; &c.

Hujus Chronici *Supplementum* sive *pars postrema* ab A. C. 1279. usque ad A. 1310. WICHARDO de POLHEIM, Archiepiscopo Salzburgensi, (qui A. C. 1315. obiit,) attribuitur. Initium hujus *supplementi Polheimiani*, ita se habet:

Anno Domini M C C L X X I X. Dominus Philippus, Apostolicæ Sedis Legatus, Ungariam venit, Ungaros Christianos, qui Christianam vitam ferè oblitifuerant, & Comanos ad fidem Catholicam studuit revocare. &c.

MAGDEBURGENSIA, sive Codex Epistolaris Antiquitatum Archiepiscopatus *Magdeburgensis*, continens antiqua Diplomata variorum Privilegiorum, Foundationum, Donationum, aliorumque Contractuum, ab ANONYMO quodam Autore ante aliquot centum annos collecta. Primæ *Epistolæ* initium tale est:

ALEXANDER *Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis Filijs, Præposito & Canonicis Sanctæ Mariæ Magdeburgensis salutem & Apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est, nos facile præbere consensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. &c.*

ONUPHRII PANVINII, Veronensis, de Comitibus & Potestate Imperatoris Libri tres, cum præfatione ad Imp. MAXIMILIANUM II. datâ Romæ Kal. Novembris A. C. 1563. cujus Principium:

Scripseram olim, Magnanime Rex, tantum in usum meum parvum de Comitibus Imperatoris Librum, quo carptim, quæ ad id argumentum pertinebant, annotaveram. &c.

OTTOCARI de HORNECK, Equitis Styri, Chronicon germanicum Rhythmicum rerum gestarum Imperatorum

torum

16 SCIAGRAPHIA MAGNI CORPORIS HISTORICI
torum RUDOLPHI I. & ALBERTI I. sub quibus ipse
floruit.

RABANI MAURI, qui A. C. 847. ex *Abbate Fuldensi in
Archiepiscopum Moguntinum* electus est, *Glossarium Latino-Theo-
tiscum* in tota Biblia Sacra Veteris & Novi Testamenti, *antiquæ
Linguae Germanicæ*, qualis Imperatoris CAROLI M. ævo in usu
fuit, explicandæ & illustrandæ maximè inserviens. Principium
illius *Glossarij* hoc est:

IN NOMINE DEI SUMMI INCIPIUNT GLOSSÆ
HRABANI MAURI.

Inchoant, Pikinnant
Congregationes, Samanunga
Verborum, Uuorto
Ex novo, Fona deru niuun
Et vetere, Anti deru altun
Testamento, Euu.

Hoc est: Es beginnen
Die Versammlungen
Der Wörter
Von der neuen
Und der alten
Testament. Ew sive Zeit.

Codex Epistolaris Imper. RUDOLPHI I. continens Epi-
stolas CXLIX. partim & quidem præcipuè ab IPSO, partim ad
IPSUM, partim de IPSO scriptas, Reverendissimi autem & do-
tissimi Domini *Joannis Seifridi*, vigilantissimi quondam *Abbatis*
Zwethalensis, curâ & studio, ex antiquis duobus *Monasterij S. Cru-
cis & Monasterij Zwethalensis* Codicibus Manuscriptis collectus,
& in tres *Libros* divisus. Primæ *Rudolphinæ* Epistolæ initium tale
est: *Rudolphus*, Comes *Habsburgius*, *Gregorio Decimo*, Pontifici
Maximo, Electionem suam in Regem Romanorum significat.

Codex Epistolaris Imper. RUDOLPHI II. continens. E-
pistolas selectas plusquam ducentas, de varijs negotijs publicis scri-
ptas, quibus Historia illorum temporum valdè potest illustrari ac
suppleri.

SPIRENSIA, sive Antiqua nonnulla Diplomata, & Episto-
lica Rescripta, ab Imperatoribus & Regibus Romanorum, Re-
gibus Francorum, aliisque olim emanata, & ad Ecclesiam Ur-
bémque

bémque *Spirenses* pertinentia. Primi Rescripti Imperatorij principium tale est:

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, OTTHO, *divinâ favente clementiâ Rex.* Si petitionibus Sacerdotum, quas nostris auribus infunderint, pro utilitatibus Ecclesiarum suarum aliquid accommodaverimus, id procul dubio & ad præsentis vitæ statum, & æternæ beatitudinis præmia capessenda nobis profuturū credimus. &c.

POEMA de rebus gestis CAROLI M. & RULANDI, antiquis Rhythmis Germanicis compositum, quorum Autor, vel potius Instaurator, seu Renovator, ipse se STRICHERUM appellat. Principium ejus hoc est:

*Ditz Puoch ist von Chunich Karl und von Ruoland gemacht,
wie si diu Heidenchaft überhomen.*

Ich ban gemerchet einen list,
Swaz in des mannes hertzen ist,

Daz wir da heizzen der muot,

Er si übel oder guot, &c.

SICARDI, seu potius, SIGHARDI, Episcopi Cremonensis, *Chronicon*, incipiens à Creatione Mundi, pertingit usque ad A. C. 1221.

WEISSENBURGENSIA, sive varia Rescripta, documenta literaria ab Imperatoribus Romanis, & Regibus Francorum olim emanata, & ad fundationes, donationes, & immunitates Monasterij *Weissenburgensis* in Alsatia pertinentia. Primi Rescripti Regij tale est:

DAGOBERTUS, *divinâ favente clementiâ, Francorum Rex, omnibus Regni sui Primatibus, imò cunctis fidem Christianam profitentibus sani futuris, quàm præsentibus.* &c.

VITI ARENPECHII, Prioris Monasterij *Eberspergensis*, *Chronicon Bojariæ, sive Bavarie*, Latinâ linguâ compositum, & hætenus, quod sciam, ineditum, quamvis sæpius citetur à *Joanne Aventino* in *Annalibus Bojorum*.



Recensio specialis Autorum hæctenùs *Ineditorum*
ad SYNTAGMA Historiæ *Austriacæ* pertinentium.

Quadragesima sex IMAGINES, quas summâ diligentia & fide secundum antiquas statuas aliâque probatissima monumenta in æs incisas, CL. Lambecius Apparatu primo ad *Augustissimæ Historiæ Austriacæ Annales*, posthac, volente DEO, ex varijs vetustissimis probatissimisque monumentis ineditis, uti quidem speraverat, in lucem edendos, præmisit, & Vindobonæ A. C. 1679, edidit. Indiciu[m] quidem speciale, unde omnes jam memoratas imagines deprompserint Celeberrimus Dominus *Lambecius*, expressè in Præfatione suâ ad *Lectorem* non insinuavit, ego verò postea varios loculos excutiens, reperi omnes illas, quotquot sunt, desumptas esse ex Codice *membranaceo* elegantissimis Iconismis æri incisus exornato *in folio*, ut vocant, *superregali*, quo continentur *Francisci Tertij* Bergomatis, serenissimi FERDINANDI, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiæ, Comitis Tyrolis, &c. Pictoris Aulici AUSTRIACÆ GENTIS Imaginum partes IV. nec non AUSTRIACÆ AFFINITATIS Imaginum pars una, sive respectu quatuor antecedentium V. In rarissimo hoc & pretiosissimo Codice præter suprâ memoratas Imagines adhuc aliæ plùs quam XX. inveniuntur, quas brevissimâ Synopsi numero, veluti

GODOFREDI *Bullionei*, Hierosolymorum Regis.

Antiquissimorum *Habsburgensium* Comitum Effigies, & quidem

SIGOPERTI, cognomine *Continents*, Comitis Habsburgensis I.

OTTOPERTI, cogn. *Gravis*, Com. Habsp. II.

BABONIS, cogn. *Grati*, Com. Habsp. III.

R O -

ROTHERII, cogn. *Æqui*, Com. Habsp. IV.

HETOPRECHTI, cogn. *Cauti*, Com. Habsp. V.

RAMPRECHTI, cogn. *Gratiosi*, Com. Habsp. VI.

GUMTRAMI, cogn. *Fortissimi*, Com. Habsp. VII.

LUITHARDI, cogn. *Religiosi*, Com. Habsp. VIII.

LUITFRIDI, cogn. *Laudatissimi*, Com. Habsp. IX.

HUNIFRIDI, cogn. *Honoratissimi*, Com. Habsp. X.

GUNTRAMI, cogn. *Modesti*, Com. Habsp. XI.

BETZONIS, cogn. *Fortissimi*, Com. Habsp. XII.

ROPATONIS, cogn. *Constantis*, Com. Habsp. XIII.

BERNHERI, cogn. *Liberalis*, Com. Habsp. XIV.

OTTONIS, cogn. *Prudentis*, Com. Habsp. XV.

ALBERTI, cogn. *Divitis*, Com. Habsp. XVI.

BERNHERI, cogn. *Justi*, Com. Habsp. XVII.

ALBERTI, cogn. *Excultatoris*, Com. Habsp. XVIII.

ALBERTI, Baronis de BONSTETEN, (qui Imp. MAXIMILIANI I. Sacellanus fuit & Eremitarum in Helvetiâ Decanus,) *Historia Austriaca* A. C. 1491. composita & Regi Galliæ Carolo VIII. dedicata. Initium ita se habet:

Prologus in Historiam Illustrissimæ Domûs Austriacæ feliciter incipit.

Serenissimo Principi ac Heroi Domino CAROLO Francorum &c. Regi Christianissimo, Domino suo gratiosissimo Albertus de Bonsteten, ex Baronum genere cretus, Decanus insignis loci Eremitarum Sacri Lateranensis Palatii, ac Imperialis Aulae Comes Palatinus, nec non Cæsareus Capellanus se humiliter dedit atque commendat. &c.

ANONYMI cujusdam coætanei Autoris *Narratio de disensione Provincialium Austriæ* post obitum Imp. MAXIMILIANI I. ortâ *Viennæ*, & quæ subsecuta sint Serenissimo Principe FERDINANDO *Austriæ* Provincias moderante A. C. 1522. Principium ejus tale est:

Ad Lectorem.

Rem diligenter, Caudide Lector, aestima, veritatem hic citra adulationem & lenocinium verborum invenies, nihil assentationis erga Principem, &c.

ANONYMI *Chronicon Austriacum* ab A. C. 1104. usque ad A. C. 1279. Principium ejus tale est: *Anno Domini M CIV. Leopoldus Marchio Austriae accinctus est gladio. &c.*

HEINRICI, cognomine GUNDELFINGEN, patriâ Constantiensis, Artium Magistri, & Ecclesiae Friburgensis in Helvetiâ Capellani, *HISTORIA AUSTRIACA*, A. C. 1476. composita, & serenissimo *Archiduci Austriae SIGISMUNDO*, (qui A. C. 1496. Oeniponti, sine liberis obiit.) dedicata. Initium *Praefationis* ita se habet:

Serenissimo Illustrissimoque Sigismundo, Domûs Austriae, Stiriae, Karinthiae &c. Principi, Tridentinorumque montium Domino Excellentissimo, nostrae Confœderationis Jubari splendidissimo, Henricus Gundelfingen de Constantiâ, Artium Magister, Ecclesiae Friburgensis Capellanorum ultimus, humilem obedientiam perscribit, & praesens dedicat Opusculum. &c.

EJUSDEM *Narratio de Successione Comitum Terioliensium*: Ea verò ita incipit: *Carinthiae Duces primò possiderunt Tirolis Comitatum usque ad Conradini tempus, &c.*

HELWICI THURINGI, Ottocari Regis Bohemiae, Ducis Austriae & Styriae, Marchionique Moraviae Notarij, *Rationarium Austriae & Styriae*, partim sub ipso Rege Ottocaro, A. C. 1265. partim autem post A. 1273. sub Imp. RUDOLPHO I. compositum. Principium *Rationarij Styriae* hoc est:

In Nomine Domini Amen.

Anno Domini M. CC. L XV. regnante Domino Ottachero, inclyto Boemorum Rege, Duce Austriae & Styriae ac Moraviae Marchione feliciter & potenter, ex mandato venerabilis Patris & Domini Brunonis Olomucensis Episcopi, ejusdem Domini Regis per Styriam vicem

tunc

tunc gerentis, ego Helwicus Notarius de terrâ Thuringiæ nationis
trahens originem, rimatis diligenter & examinatis omnibus prædi-
ctæ terræ Styriæ officijs principatui attinentibus, omnes proventus
eorum in hoc volumine studui compilare: Primò ponendo nummales;
postea nomina villarum & numerum prædiorum; Qualitatem &
quantitatem reddituum eorundem plenius exprimendo. &c.

Privilegia & Statuta Inclytæ & Antiquissimæ ACADEMIÆ
WIENNENSIS.

CHRONICON MAURBACENSE, sive, Antiquitates ce-
leberrimi Monasterij Carthusiani Vallis omnium Sanctorum in
Maurbach, duobus circiter milliaribus à Wiennâ distiti, & A. C.
1313. à Gloriosissimo Austriæ & Styriæ Duce FRIDERICO
PULCHRO fundati, cum ejusdem Imp. *Friderici* Testamento,
aliisque eò pertinentibus antiquis Diplomatum, collectum per
F. *Leopoldum Brenner* dictæ Carthusiæ Professum A. C. 1669.
Principium hujus Chronici tale est:

Anno Christiano M CCC XIII. ad Ecclesiæ clavum residente Clemen-
te quinto Summo Pontifice in Germaniâ verò Romani Imperij sceptris
potiunte Henrico septimo, Serenissimus Princeps *Fridericus Pulcher*.
&c.

ANONYMI, Vetustissimi ac Nobilissimi Austriæ superio-
ris Monasterij Benedictini, quod Germanicè *Crembsmünster*, lati-
nè autem *Cremiphanium* vel *Cremifanum* vulgò appellatur, ejus-
que foundationis historica descriptio. Principium ita se habet:

Tassilo, illustrissimus Princeps Bavarie, ex Udilone Duce Bava-
riæ & Sorore Pipini Regis Franciæ, Genitore Caroli Magni Anno
Domini 742. natus est. &c.

ANONYMI cujusdam Autoris CHRONICON Austria-
cum FLORIANENSE, in celeberrimo *Austriæ Superioris* Mo-
nasterio S. FLORIANI *supra Anisum*, Canonorum Regulari-
um S. AUGUSTINI compositum, quod complectitur res ge-
stas à temporibus S. LEOPOLDI, *Quarti*, ejus nominis, *Marchio-*

nis Austriae, cognomine Pij, qui A. C. 1136. die 15. Novembris obiit, usque ad A. C. 1310. quo ipse Autor se vixisse testatur. Titulus ejus & principium se habent hoc modo:

GENERATIO LEUPOLDI MARCHIONIS
AUSTRIÆ.

LEUPOLDUS Marchio, cognomento PIUS, extitit fundator duorum Monasteriorum in Austria, NEUNBURG & SANCTÆ CRUCIS, tertium verò à progenitoribus suis fundatum, MEDLICH nomine, libertati donavit: quartum in CELLA SANCTÆ MARIE; quod tamen ipse non fundavit, sed, habito suorum consilio, hæsitantes fundatores prævenit, & Oratorium in suo jure fundavit. Iste LEUPOLDUS Marchio duxcit uxorem AGNETEM nomine, filiam HEINRICI Imperatoris QUARTI, per quam habuit DECEM & OCTO pueros, &c.

Chronicon Austriacum NEUBURGENSE in splendidissimo & opulentissimo Austriae Inferioris Monasterio, vulgò Kloster Neuburg dicto, compositum, quod complectitur res gestas ab A. C. 1114. quo Basilica Neuburgensis à S. LEOPOLDO fundari cœpta est, usque ad A. C. 1310. Initium ita se habet:

Chronica Pij Marchionis Fundatoris Nostri.

Anno Domini millesimo centesimo decimo quarto incepta est fundari Neimburgensis Basilica, & Marchio Leopoldus ejusdem loci fundator, cum ab eo, tanquam à fundatore à cunctis coram adstantibus exigeretur, ut in fundamento Monasterij primum lapidem poneret, &c.

Chronicon Austriacum ZWETHALENSE in celeberrimo S. Ordinis Cisterciensis Monasteriæ Claræ vallis in Austria Inferiori, vulgò Zwethal dicto, à Monacho quodam ejusdem Cœnobij compositum, quod complectitur res gestas ab A. C. 928. usque ad A. C. 1362. Exordium ejus tale est:

INCIPIT CHRONICA.

Anno ab Incarnatione Domini DCCCC XXVIII.

Leu-

Leopoldus primus Marchio in Austriâ post Rudgerum de Bechleren.
&c.

Chronicon *Astriacum* desumptum ex Annalibus *Monasterij*
 GARSTENSIS propè *Styram* in Austriâ superiore supra *Anasum*,
 incipiens ab A. C. 1106. desinens in A. C. 1408. complectens
 Historiam Annorum 302. Initium Chronici tale est:

Anno 1106. Marchio Leopoldus Agnetem, filiam Imperatoris duxit
Uxorem. &c.

HUGONIS BLOTII, J. U. D. olim Sac. Cæs. MAJESTA-
 TIS Consiliarij & Bibliothecarij, Historica Narratio Solemnita-
 tis, quâ MAXIMILIANUS II, Archidux Austriæ sese in Auratæ
 militiæ Equestrem Ordinem, quem *Marianum* vocant, cooptari
 passus est, A. C. 1585.

WOLFGANGI LAZII *Chorographia* utriusque *Austriæ*,
 propriâ Lazij manu in membranâ exarata, cum præfixâ Epi-
 stolâ dedicatoriâ ad Imp. *Ferdinandum I.* data *Wiennæ* A. C.
 1545. cujus initium tale est:

Præclara à Majoribus Tuis, INVICTISSIME REX, & laude quo-
que apud exteras nationes digna; cum alia fuere multa, tum illud
inprimis &c.

EJUSDEM Historica Narratio trium Coronationum Imp.
 MAXIMILIANI II. *Bohemicæ* scilicet ac *Romanæ* A. C. 1562. ac
Hungaricæ A. C. 1563.

EJUSDEM Chronicon Germanicum Archiducatus Au-
 striæ infrâ *Anisum*.

Paçta & Concordata inter Imp. RUDOLPHUM II. om-
 nésque Archiduces Austriæ ratione Provinciarum *Austriaca-*
rum.

ANONYMI cujusdam vel Abbatis vel Monachi *Melicen-*
sis, Historia Foundationis Celeberrimi & cum arte, tum præcipuè
 naturâ munitissimi Austriæ inferioris ad Danubium in præcelsâ
 rupe

24 SCIAGRAPHIA MAGNI CORPORIS HISTORICI
rupe siti Cœnobij Benedictini MELICENSIS, vulgò *Melck* dicti,
cujus principium tale:

De Fundatoribus hujus nostri Monasterij Mellicensis.

Primus itaque Fundator hujus Monasterij *Mellicensis* dicitur
fuisse *Leopoldus Primus*, qui originem duxisse fertur à quodam
Nobilissimo Comite *Babenbergensi*, de genere *Franconum*, cui de-
sponsata erat filia *Ottonis*, Ducis Saxonum: &c.

BERNHARDI, cognomento *Dapiferi*, Monachi *Melicen-*
sis, Historia de Beato GOTHALMO, qui in eodem Cœnobio se-
pultus est, composita A. C. 1362. Cujus inscriptio est talis:

*Sequitur de Beato Gothalmo Peregrino, cujus ossa à dextero latere
Altaris Beatæ MARIÆ Virginis in cryptâ in Sacrofago marmoreo
quiescunt albo, & diètim ab universis pœnè, qui Monasterium istud
& ipsum locum devotiùs visitant, venerantur. &c.*

ANONYMI cujusdam vel Abbatis, vel Monachi *Melicen-*
sis, Historia de particulâ Ligni S. CRUCIS, quæ in eodem Cœno-
bio *Melicensi* religiosissimè adservatur. Cujus Inscripção est talis:

*Tabula sive Memoriale Scriptum de portione Ligni salutiferæ Cru-
cis, quæ in præsentì Monasterio Mellicensi sub laminis aureis habe-
tur, & à fidelibus populis tam devotè adoratur & officiosè visitatur,
& de miraculis Divinâ virtute in ea mirabiliter ostensis. &c.*

Varia Privilegia, Constitutiones, Pacta, immunitates, Or-
dinationes Provinciales, *Austriam Superiorem & Inferiorem* con-
cernentes.

ANONYMI Chronicon breve, *Austriaca, Bavarica*, vici-
narumque Provinciarum memorabilia tractans, incipit ab A. C.
1126. & desinit in A. C. 1348.

ERCHINFRIDI, tertij Cœnobij Benedictini *Melicensis* Ab-
batis, autorisque Synchroni, *Historia Martyrij & Miraculorum S.
COLOMANNI*, natione *Scoti*, qui A. C. 1012. in sacro itinere
Hierosolymitano ab incolis Oppiduli *Austriæ Inferioris Stocke-
rau*, olim *Asturis* vocato, quasi hostilis explorator innocens su-
spen-

spensus, triennio autem post in *Ecclesiam Cœnobij Melicensis*, ubi etiam nunc magnificentum ejus exstat sepulchrum, translatus fuit. Ejus principium tale:

Princeps Apostolorum Beatus Petrus, audiens à Domino, mundi contemptores contuplo hic remunerandos emolumento, & in futuro vitam æternam possessuros cum Christo, multas asseclarum copias sue conversionis acquisivit exemplo. Considerantes enim, quæ & qualia sunt, quæ repromisit Deus diligentibus se, spreverunt ea, quæ in mundo poterant habere, vitæ perennis possessione ut mererentur ditescere. &c.

ANONYMI varia Privilegia, Constitutiones, Pacta, Concordata, Immunitates, Ordinationes Provinciales, *Austriam Superiorem & Inferiorem, Comitatus Tyrolensem, Görtzensem, Bavariam, Episcopatum Tridentinum, &c.* concernentes.

BERNHARDI BERGERI Senatûs Wiennensis Præsidis, *Oratio in funere Imp. FRIDERICI V. ad Imp. MAXIMILIANUM I.* pnblicè habita, quæ incipit his verbis: *Mallem, Serenissime ac Potentissime Princeps MAXIMILIANE, Sac. Rom. Imp. Moderator, & Rex semper Auguste, id in presentiarum dicendi genus, &c.*

INCERTI *Historia Germanica Rerum Austriacarum ab A. C. 1454. usque ad A. C. 1467.*

ANONYMI antiquus & hætenûs ineditus *Catalogus Archiepiscoporum Laureacensium, & Episcoporum Pataviensium, sive Passaviensium ab A. C. CCL. usque ad A. C. MCCCXIII.* cujus principium hoc est: *Anno Domini CCL. Philippus cum Philippo filio suo regnat. Is Philippus Cesar Pannoniæ superioris & inferioris ac etiam Mæsiarum fuit Dominus, qui Archiepiscopatum Laureacensem, qui usque ad sua tempora pauper fuerat, divitijs & opibus exaltavit. Sequuntur deinde ibidem quatuor ejus Catalogi Appendices, quarum prima complectitur Catalogum antiquorum Regum & Ducum Bavariæ ab A. C. 508. usque ad A. 1231. Principium ejus hoc est: Anno Domini DVIII, Gens Noricorum & Bojari-*
riorum

riorum duce Theodone Romanis ejectis, ad proprias sedes revertitur, &c. Secunda Appendix continet Dissertatiunculam de causâ, cur Historia Archiepiscopatus Laureacensis & Episcoporum ejus Suffraganeorum adeò obscura & mutila sit. Incipit autem ea his verbis: Cùm sacrosancta Laureacensis Ecclesia sit tempore Beati Petri Apostoli per ipsius discipulos Catholica fide accensa cum alijs Ecclesijs, utpote Aquilegiense, Ravennate, Beneventanâ, Emiliense, Mediolanense, & in Gallijs Treverense, Agrippinâ, Moguntinâ, Bisuntinâ, Lugdunense, Remense, Senonense, Rotomagensense, Tironense, Bituricensense, Burdegalense, Arelatense, Viennense & Braccarense, quæ simul & semel per discipulos à Beato Petro missos illuminatæ fide Catholicâ extiterunt, sicut in Historijs Beati Hermagoræ & S. Fortunati discipulorum Beati Marci Evangelistæ plenius continetur, posset opponi ab aliquo, &c. Tertia Appendix comprehendit Descriptionem Patrimonij duorum Imperatorum Romanorum Philipporum, Patris nempe & Filij, viginti duas complectens Civitates, quod Metropolitanæ Ecclesiæ Laureacensi ab illis donatum est. Incipit autem ea hoc modo: Nunc restat videre, quantum fuerit de Patrimonio Beatorum Principum Philipporum Imperatorum Romanorum, qui primi fidem Catholicam receperunt, &c. Quarta denique Appendix continet succinctam recensio- nem, quantum emolumentum vel damnum Archiepiscopatus Laureacensis & Episcopatus Pataviensis sive Passaviensis ab unoquoque suorum Præsulum perceperint. Principium autem ejus hoc est: Sequitur videre in Catalogo Archiepiscoporum Laureacensium & Episcoporum Pataviensium, qui sint eorum notâ digni & benedictione perpetuâ, & pro quibus ab Ecclesiâ sit orandum; qui contra cum Dathan & Abiron propter mala sua opera descenderunt in abyssum, &c.

CHRONICON Austriae, Rhythmis Germanicis pro genio seculi illius rudi simplicitate conscriptum, enarrans potissimum res gestas Imp. RUDOLPHI I. & ALBERTI filij ejus, cujus autor videtur OTTOCHARUS ab HORNECK, Styrius Eques coetaneus, & pertingit hoc Chronicon ad A. C. 1310. inclusivè.

NICO

NICOLAI SCHREITWEINI ineditus *Archiepiscoporum Lauriacensium & Episcoporum Passaviensium Catalogus*, compositus jussu Imp. *Friderici III.* reverà V. & continuatus usque ad A. C. 1517. Principium Præfationis ejus hoc est: *Priscorum charitatem ad nos Patrum, qui non solum carne, sed & per Evangelium in Christo nos genuerunt, &c.* Ipsum autem Opus incipit his verbis: *Cæterum perlustrando Historias & variorum Ducatum Privilegia, Vitas quoque Sanctorum, quorum meritis & doctrinis, abjectis spurcis idolorum cultibus, Martis præcipue & Jovis, quibus hujus Provinciae quondam delusa vesania incolarum dedita fuisse dignoscitur, prout apparet ex ipsorum statuis, quæ hodie Vienna præforibus S. Stephani cancello ferreo incluse servantur, &c.*

ANONYMI Vita Beati & Deo digni Viri *Altmanni, Episcopi Pataviensis*, qui obiit A. C. 1091. d. 8. Augusti. Principium Opusculi tale est:

Incipit Vita B. & Deo digni Viri *Altmanni Episcopi Pataviensis*, qui obiit Anno Domini 1091. die 8. Augusti duorum Insignium Monasteriorum *Beatæ Virginis Mariæ in Monte Gotthwih ad Danubium in Austria & D. Nicolai Confessoris ad Oenum extra muros Urbis Pataviæ. Magnifici Fundatoris.*

Domino *Cholhocho Venerando Illustrique Patri Gottwihcensis Cœnobij servus addictus famulatum offert.*

Laudabile quidem opus, sed tamen plenum sudore jubes me R. Pater aggredi & gravius onus, quàm ut humeris meis sustineri queat, imponis, quando nimirum desideras ut S. Præsulis & Antistitis Pataviensis *Altmanni Vitam Sylo terso, & redolenti latinam Phrasim excolere velim. &c.* Vid. Cod. Man. Historicum 785.

Diversa est hæc Vita ab aliâ ejusdem Episcopi *Altmanni*, quæ extat in Cod. Man. Historico 1085. & incipit his verbis.

Incipit Prologus in vitam S. *Altmanni Episcopi.*

Conditor & gubernator rerum universarum, de quo scriptura testatur, quod præcipiat Soli &c.

Historia Desponsationis & Coronationis Imp. Friderici V. & Conjugis ipsius Eleonoræ, composita & propriâ manu scripta à NICOLAO LANGKMANNO de VALKENSTAIN, qui unus fuit ex duobus Sacerdotibus ac Sacellanis, quos jam memoratus Imperator A. 1451. tanquam Legatos & Oratores suos, annuli pronubi Sponsæ offerendi causâ misit in Lusitaniam. Titulus & principium Operis istius hætenûs, quod sciam, inediti sic habent:

Desponsatio & Coronatio Serenissimi Domini, Dn. Imperatoris FRIDERICI Tertij & ejus Augustæ Dominae LEONORÆ.

Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator semper Augustus, ac Austriae, Styriae, Carinthiae, Carniolæ Dux, Comes Tirolis, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, in Martio, ex Nova Civitate Saltzburgensis dioceseos misit suos Oratores, Procuratores ac Mandatarios speciales cum pleno mandato ad Regnum Portugalliae ad desponsandam sibi præclarissimam virginem & inclitissimam Dominam LEONORAM, Infantissimam Portugalliae, quæ erat Serenissimi EDUARDI Regis & Illustrissimæ Dominae Leonoræ Reginae Portugalliae bonæ memoriæ filia legitima &c.

Recensio specialis Autorum hætenûs Ineditorum ad SYNTAGMA Historiæ Hispanicæ pertinentium.

HIEREMIÆ GUNDLACHI Provinciarum & Regnorum HISPANIÆ Descriptio, tam *Antiquæ*, quàm *Novæ*, cum accuratissimis elegantissimisque propriâ ipsius Autoris manu adornatis *Chorographicis & Topographicis* Tabulis.

La vida y historia del invictissimo Emperador Don Carlos quinto deste nombre Rey de Espanna por Mexia Coronista.

Coronica de Espanna de Don Lucas de Tuy, con letras majuculas de oro.

Testamento y Vida de la Reyna Donna Isabel.

Atalaya de las Coronicas de los hechos de los Reges Godos, letra antiqua.

Guerra

Guerra de Granada de 1555. annos.

Coronica del Rey Don Enrique quarto.

Relacion de la Rebellion di Ginebra.

Historia del Conde Don Frances de Cuniga, criado Privado de Carlos quinto.

Adiciones del P. Maestro F. Vincente Justiniano.

Antista de la Orden de Predicadores à la Historia del Santo F. Luis Bertran.

Nobiliario de Espanna por Abecedario de Lante Cortado.

Recensio specialis Autorum hætenùs *Ineditorum*
ad SYNTAGMA Historiæ *Hungariæ* pertinentium.

FR. Guidonis Tituli Sancti Laurentij in Lucinâ Presbyteri Cardinalis & Pontificis CLEMENTIS IV. Legati Decreta Hungarica.

JOANNIS de ZREDNA, Protonotarij Cancellariæ Regis Hungariæ Epistolæ Historiæ de rebus gestis inter Imp. *Fridericum V.* & *Regnum Hungariæ*, ab A. C. 1445. usque ad A. C. 1457.

Acta publica & concordata inter Imp. *Fridericum V.* & *Matthiam Corvinum* Regem Hungariæ.

MATTHIÆ I. CORVINI, Regis Hungariæ Historia, qua continentur res gestæ ab A. 1458. usque ad A. C. 1490.

Imp. RUDOLPHI II. Regis Hungariæ res gestæ ab A. C. 1572. usque ad A. C. 1606.

Imp. MATTHIÆ Regis Hungariæ res gestæ ab A. C. 1607. usque ad A. C. 1628.

ANONYMI quidem sed Regis *Belæ* Notarij Historia Hungarica, de VII. *Primis Hungariæ Ducibus*.

ANONYMI cujusdam Codex Manuscriptus Historicus Latinus membranaceus, A. C. 1358. scriptus, spectatu dignissimis inauratis Picturis exornatus, ex quo *Joannes de Thwroc*, alias *de Thuroc* & *Turocius*, sive Turocensis dictus, (qui sub Rege *Mat-*

thiâ Corvino potissimum floruit,) Res gestas *Hungarorum* ab Origine gentis usque ad A. C. 1342. seu mortem Regis *Caroli*, Patris Regis *Ludovici*, quas sub Tit. CHRONICÆ HUNGARORUM edidit, partim simpliciter, partim interpolatè mutuatus est.

Arcis *Novigrad* expugnatio, Historicè conscripta, manûque *Tegnagelianâ* exarata.

WOLFGANGI LAZII Rerum Hungaricarum Historia, nec non Archæologia Hungariæ.

Recensio specialis Autorum hætenùs *Ineditorum*
ad SYNTAGMA Historiæ *Bohemicæ* pertinentium.

BOHUSLAI de LOBKOWITZ Commentarius Manuscriptus de Urbe Pragâ, & Gentis *Bohemicæ* moribus.

INCERTI Formula Coronandi Reges *Bohemiæ* Germanicè.

Ad SYNTAGMA Rerum *Polonicarum* pertinent sequentes Autores *inediti*.

Acta Publica Electionis Imp. MAXIMILIANI II. in Regem *Poloniæ*, Collectore *Hugone Blotio*, A. C. 1576.

Historiarum *Poloniæ* ab Excessu ULADISLAI IV. Tomi Primi, Libri IX. Autore *Laurentio Joanne Rudawsky*, Cathedralis Ecclesiæ *Olomucensis* Canonico, S. C. M. & Serenissimi *Leopoldi Wilhelmi*, Archiducis *Austriæ* Consiliario: Incipit Autor ab A. C. 1648. & desinit in A. C. 1660.

Ad Syntagma RERUM SINENSIVM & MEXICANARUM pertinent sequentes Codices Manuscripti hætenùs *inediti*.

Vita, Miracula & res gestæ meritissimi Nostri SALVATORIS in subtilissimâ charta *sinensi* *Imaginibus Sinicis* elegantissimè expressa, & adjunctâ *explicatione Sinicâ* illustrata.

Tabula ex octo philyris subtilissimæ Chartæ *Sinensis* coagmen-

mentata, *longitudinem* habens septem ulnarum, *latitudinem* autem duarum ulnarum cum dimidiâ, quâ continetur *Iconismus totius Orbis terrarum*, varijs coloribus eleganter illuminatus & distinctus, cum adjunctis *characteribus Sinicis*.

Tabulâ ex octo philyris subtilissimâ chartæ sinensis coagmentata, *longitudinem* habens septem ulnarum, *latitudinem* autem duarum ulnarum cum dimidiâ, quâ continetur *Iconismus utriusque Hemisphærij Cœlestis*, cum adjunctis *characteribus Sinicis*.

Quatuor magnæ Tabulæ ex subtilissimâ chartâ Sinensi, quibus continentur *Imagines variarum Avium Sinicarum*, vivis coloribus elegantissimè depictarum, cum multis pulcherrimis Tabulis pictis *Sinensibus* authenticis.

ANONYMI Historica descriptio *Rerum Chinicarum* in sex *Partes* distributa, in quibus de Magnitudine & Potentia Imperij Chinenfis, illiusque Imperatoris, de rebus Chinæ particularibus raris illis ac miris, de varijs statibus hominû in quos dividitur Monarchia Chinica, de Gubernationis Sinicæ Politiâ, de Sectis, Templis, Jejunijs &c. accuratè agitur: Cum annexâ Relatione eorum, quæ acciderunt in *Missione Insularum Marianarum* à 10. Jun. A. C. 1676 usque ad Majum A. 1677.

Rarissimus & incomparabilis Codex Manuscript, *Mexicanus*, qui continet ANTIQUOS ANNALES MEXICANOS PICTOS, meris *Literis & Figuris Hieroglyphicis* coloratis constantes, & sexaginta quinque unius oblongi Voluminis complicati Tabulis comprehensos. Pretiosissimum hoc Novi Orbis monumentum, SAC. CÆS. MAJEST. humillimè oblatum fuit, nomine Serenissimi Principis ac Domini, Dn. JOANNIS GEORGII, Ducis Saxonie *Eisenacensis*, à Domino Joanne Jacobo Schmidt, Juris Consulto, Serenitatis ipsius Consiliario Aulico, & in Aulâ Cæsareâ Legato dignissimo.

Recen-

32 SCIAGRAPHIA MAGNI CORPORIS HISTORICI
Recensio Autorum & Codicum Manuscripto-
rum *Ineditorum* ad Syntagma ANTIQUITATUM NUMMA-
RIARUM seu MONETARIARUM per-
tinentium.

JACOBI de STRADA, Mantuani, Celeberrimi Antiquarij
Cæsarei, & Civis Romani.

I. Duo maximi pretij Manuscripta Volumina in folio, quæ
mera antiqua *Numismata Consularia*, incredibili studio & elegan-
tiâ ex Archetypis depicta, ac Imp. FERDINANDO I. oblata,
continent.

II. Tomi Tres in folio, qui seriem Imperat. Romanorum
à C. JULIO CÆSARE, usque ad Imperat. M. AURELIUM
CLAUDIUM, qui post Gallienum & Valerianum juniorem A.
C. 268. Ticini cæpit imperare,) ex antiquissimis *Numismatibus*
Latinis fidelissimè elegantissimèque delineatis, continent.

III. Tomi Tres in folio, qui eorundem Imperat. *Numisma-
ta Græca* continent.

IV. Tomi Duo in folio, qui reliquorum Imperat. partim
Græca & Latina, partim *Barbara* antiqua *Numismata* miscella-
nea complectuntur.

ANONYMI Tomi Tres Antiquitatum Monetariarum, si-
ve de Nummis Veterum, cum accuratâ Explicatione
subjunctâ.

F I N I S.



V07

m

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19


KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



THE JOHANNES JACOBUS
DANIEL DE WESSER
CUM SECCUM ET
DANIEL DE WESSER
ALPHABETICUM
COLLEGIUM
GODEFRIDUS M...
IN...
RHEIN...
STRASBURG...
L. M. S. E. C. C. I. S. I. A. N. A.
HISTORIAM ET A...
VOLUNTATE FIDELI...
HAGG...
HIST...
MAGNI...
PRIMA D...
SCIA G...

